cc BY NC SA

acuere, acuisse, [acūtum]. *uerb. tr., intr.* **FORMA** aqu- ALC 4. acuunt quod per c quoque et non per q scribendum est.; *part. perf. inusitatum* CHAR 322. acuo acuis acui ὀξύνω. **ETYM** acus[2]; *perperam* acon PAUL FEST 23. Acies, acumen, acus et acuere dicuntur ab akone, quam Latine dicimus cotem. **DLAT** acutus[1]. [**FREQ** media **202** indicia **15** /d.c.m. 160 TER] *uocabulum scriptis praecipue litterariis narrando argumentando exponendo aptum, prosa uersuque, omnibus usibus praecipue doctis, omnibus temporibus; et scriptis technicis ad agri culturam rhetoricam medicinam pertinentibus inuenitur.*

VARIATIO		indicia	p/d.c.m. subc.
OPERUM	argumentalis	61	12
	dramatica	3	6,7
	exponendo	38	13
	lyrica	5	23
	narrando	91	19
	satirica	4	21
DIACHRONICA	III-II aec.	1	2,4
	I aec.	44	20
	I-II ec.	87	22
	III-V ec.	70	10
DIAPHASICA	docta	56	27
	media	143	13
	quotidiana	3	6,9
DIASTRATICA	litteraria	174	16
	technica	28	10
MODUS	prosa	155	13
	uersu	47	26

¶ *praeter pauca indicia*[1], *transitiue fungitur, et saepe finalitatis argumenta* (ad[2], in+*acc.*[3]) *necnon instrumentalia praebet*[4] - *salvo pocos casos*[1], *funciona como transitivo, y presenta con frecuencia argumentos de finalidad* (ad[2], in+*acc.*[3]), *así como instrumentales*[4] [1] LIV 8.36.10. QUINT Inst 12.1.8. Non praecipue acuit ad cupiditatem litterarum amor laudis? SYMM Rel 34.4. [2] CIC Lig 10. Orat 142. ad dicendum si quis acuat aut adiuuet in eo iuuentutem, uituperetur? SEN Ira 9.1. ira nihil habet in se utile nec acuit animum ad res bellicas. ITIN Alex 5.18. Eo usque a matre deductus acuitur ad gloriam. [3] LIV 8.36.10. nec ira magis publica quam priuatum compendium in hostem acuebat. SEN Epist 36.8. CAEL AUR Acut 2.123. [4] VERG Georg 1.123. pater ipse ... curis acuens mortalia corda. SIL 1.113. his acuit stimulis subicitque haud mollia dictu. PAUL NOL Carm 15.168. tacitis acuens stimulis in praelia mentem.

eius significatio uocabuli acer[1] *significationem colligere uidetur, substantiui comitantis proprietates amplificans; ideo,* acuere *proprietates complementi sui acuit, qualiacumque secundum ambitus cognitiuos inuocatos, ualde uariabilia, oriuntur - el contenido semántico general parece recoger el de* acer[1], *que amplifica las características del subs. al que acompaña; por ello,* acuere *acentúa las características de su complemento, de donde proceden las equivalencias usuales de 'afilar, aguzar', 'afinar, perfeccionar' o 'irritar, espolear, enardecer' y otros, muy variables según los dominios cognitivos invocados* 160 GELL 2.26.8. «fuluus» enim et «flauus» et «rubidus» et «poeniceus» et «rutilus» et «luteus» et «spadix» appellationes sunt rufi coloris aut acuentes eum quasi incendentes aut cum colore uiridi miscentes aut nigro infuscantes aut uirenti sensim albo illuminantes.

a *rebus designandis praecipue ut acutum facere apparet - respecto a los objetos materiales, el uso más repetido es el de 'afilar' o 'aguzar'* [**HYPER** laborare **TROP** acuminare, acutiare, exacuere[a], exasperare[c], extenuare, imminuere[a], praeacuere, tenuare[a] **SIM** acutare **ANT** inflectere] 70 LUCR 6.277. calidis acuit fulmen fornacibus intus. 45 CIC Tusc 5.116. stridorem ... serrae, tum cum acuitur. 23 HOR Carm 2.8.15. Ridet ... Cupido semper ardentis acuens sagittas cote cruenta. 60 COLUM . per lucubrationem ferramenta acuere. 60 COLUM 4.26.1. putres dedolandae acuendaeque. 80-90 STAT Theb 5.201. hilares acuunt fera tela Sorores. 330 ARNOB 1.59.3. Quid enim officit ... inflectatur quod acui an acuatur quod oportebat inflectis? 398 AUG Serm 32.17. quanta intentione *nouacula* acuitur, ut radat capillum. **GLOSS** 2.384.54. ὀξύνω. 2.223.14. ἀκονῶ. 5.162.25. acuant, acuminent.

hic usus tantum liquebat ut sicut prouerbium inueniretur - este uso era tan obvio que fue utilizado como proverbio 390-406 VULG Prou 27.17. ferrum ferro acuitur.

item ad sensus, praecipue uisus gustumque, pertinet - aparece también aplicado a los sentidos, especialmente la vista y el gusto [**DOM** uisus] 2 OV Rem 801. Utilius sumas acuentes lumina rutas. 63-65 SEN Epist 115.6. uisus oculorum quibusdam medicamentis acui solet et repurgari. 200-300 GARG MART Med 29.4. sucus *sinapi* ... sensus acuit. 330 IUVENC 1.475. Quae salis absumptos acuet substantia gustus? 400 CASS FEL 29.22. Hygrocollyrium acuens obtusum uisum.

item subrigere - poner de punta o erizar 338 IUL VAL 1.37. canibus imbecillioribus mos est, quanto plus defuerit uirium, tanto cristas acuere sublimius et latratibus irritatioribus indulgere.

si ad formam uel structuram pertinet, eam angustari significat - si es una estructura en vez de un objeto la que recibe una forma puntiaguda, equivale a 'estrecharse 210-213 TERT Anim 17.6. uniformitas porticus acuitur in fine, dum acies in concluso stipata illic tenuatur, quo et extenditur.

- al intensificar el contenido semántico activado del complemento, aparece en múltiples contextos de variada traducción; así, se muestra como 'afinar', 'mejorar', 'corroborar', 'pulir' o 'perfilar' 160 TER *Ad* 835. solum unum hoc uiti senectus adfert hominibus: attentiores sumus ad rem omnes quam sat est; quod ... *iuuenes* sat aetas acuet. 55 CIC De orat 1.115. neque enim ignoro, et quae bona sint, fieri meliora posse doctrina, et, quae non optima, aliquo modo acui tamen et corrigi posse. 29-9 LIV 10.13.8. Acuebat hac moderatione tam iusta studia. 32 VAL MAX 2.2.3. Molo rhetor, qui studia M. Ciceronis acuit: eum ... in senatu sine interprete auditum constat. 32 VAL MAX 2.9.9. ignominia uirtutem acuit. 370-420 HIER Epist 133.11. frustra ingenii uestri acuetis stilum. GLOSS 5.530.55. acuit (acerca de TER Ad 835): prudentes reddit.

aliquando intensificatio in complementi aspectu ualde concreto nititur - a veces, la intensificación se apoya en un aspecto muy concreto del complemento 80-90 STAT Theb 8.345. acuit ... tubas et sibila miscet Tisiphone. (*hic* acuit tubas *tubarum sonum acutiorem uel acutissimum fieri significat - aquí* acuit tubas *implica la agudización del sonido de las trompetas*) 384-440 MACR Somn 2.4.2. uirga quae, dum auras percutit, si impulsu cito feriat, sonum acuit.

haec intensificatio per ablatiuum instrumentale saepe effecta est - la intensificación de las cualidades del complemento fue efectuada muchas veces mediante un instrumental 92 SIL 1.325. Dacus ... spicula qui patrio gaudens acuisse ueneno fundit. (*sagittas pessimas ueneno fieri uult - la intención es hacer más dañinas las flechas untándolas con veneno.* cf. 1.322. hydro imbutas, bis noxia tela, sagittas. 12.52. audebat cuncta atque acuebat fraudibus enses.)

huius emendationis actus saepe ad ingenii processus uel producta adhibitus est - este acto de perfeccionamiento se aplicó con frecuencia a los procesos o productos intelectuales [**DOM** ingenium, mens] 55 CIC De orat 1.90. quod consuetudo exercitatioque intellegendi prudentiam acueret. 45 CIC *Hort* 115. nobis dies noctesque considerantibus acuentibusque intelligentiam. 30-50 PHAEDR app22.7. stultis acuit ingenium fames. 92 SIL 10.605. Fabius lapsas acuit formidine mentes. 160 GELL 12.6.2. inuenimus ... aenigma, quod reliquimus inenarratum, ut legentium coniecturas in requirendo acueremus. 380-420 ANON De philos et part (Dialectica). Dialectica est ratio ... disputandi intellectum mentis acuens ueraque a falsis distinguens.

ita, magna similitudo cum exercere *fuisse uidetur, quamuis hic ad corporis exercitationem potius magis adhiberetur - así, parece haber existido una gran similitud con* exercere, *si bien este último se aplicaba con preferencia al entrenamiento del cuerpo* 29-9 LIV 35.35.9. animos acueret et corpora exerceret. 63-65 SEN Epist 124.21. ista disputatio ... exercet illum et acuit.

et uerbo obtundere *oppositum - aparece muchas veces opuesto a* obtunderee 45 CIC Tusc 1.80. multa ... e corpore existunt, quae acuant mentem, multa, quae obtundant. 210-213 TERT Anim 20.4. Quanto magis de accidentibus habebuntur quae citra corpulentiam et ualentiam uel acuunt uel obtundunt!

ad oratoris artem pertinuit, qua lingua acuitur ut in uoluntatem suam altius perueniat - fue aplicado a la técnica del orador, donde la lengua se afila para llegar más profundamente en su intención, 'ejercitar' [**DOM** lingua] 46 CIC Brut 331. non linguam modo acuisses exercitatione dicendi, sed et ipsam eloquentiam locupletauisses. 397-401 AUG Conf 3.4.7. non ... ad acuendam linguam referebam illum librum, neque mihi locutio sed quod loquebatur persuaserat.

et, ut acutum telum, magis noceat - y, como el arma afilada, hacer más daño 383-387 VULG Psalm 139.4. acuerunt linguam suam sicut serpentis uenenum.

item ad uirtutes moresque pertinuit - también se aplicó a las virtudes o valores 63-65 SEN Epist 10.2. audaciam acuit, libidinem irritat, iracundiam instigat. 117-180 FLOR Epit 1.2.. Bellatoribus uiris quam necessarius, ut acueret ratione uirtutem! 350 IUST 20.1.2. copias in Italiam traiecit ... ut ... militum uires continuo labore acuerentur. 399 AUG Catech rud 9. quid ualeant aenigmatum latebrae ad amorem ueritatis acuendum.

item ad uitia - a los vicios o defectos 46 CIC Lig 10. Quorum igitur impunitas, Caesar, tuae clementiae laus est, eorum ipsorum ad crudelitatem te acuet oratio? 29-19 VERG Aen 7.406. uisa satis primos acuisse furores. 49 SEN Cons 11.3. inpudentiam acuunt. 50 CURT 5.4.31. ignauiam ... necessitas acuit. 368-386 AUSON Epist 22. quia nihil poscente me abnuis, magis acuis procaciam quam retundis.

ad iram praecipue - especialmente a la ira 29-19 VERG Aen 9.464. uariis ... acuunt rumoribus iras. 29-9 LIV 9.9.19. in haec saeuiant, in haec ferrum, in haec iras acuant. 80-90 STAT Theb 2.332. non alias tacita iuuenis Teumesius iras mente acuit. 200 VET LAT Sap 5.21. acuet autem duram iram in lanceam. 390 AMM 24.2.5. ira ... acuente. SCHOL Stat Theb 2.332. MENTE ACUIT. exercuit uel in maiorem rabiem concitauit.

ad affectus - a los sentimientos 80-90 STAT Theb 2.336. peruigiles acuunt suspiria questus. 80 VAL FL 2.172. fletus acuunt.

uel ad animalia agitanda uel stimulanda - o a los animales, como 'alentar' o 'espolear' 37-29 VERG Georg 4.435. auditis ... lupos acuunt balatibus agni. 45-95 STAT Silu 5.2.25. *equum* omnes acuunt plausus.

b1 *hi usus, ad hominem pertinentes, seriem creauerunt, qui ab stimulando incipiebat - estos usos, aplicados a la persona, crearon una secuencia, que iba desde 'estimular'* [**HYPER** incitare] 44 CIC Off 3.1. duae res, quae languorem adferunt ceteris, illum acuebant, otium et solitudo. 29-9 LIV 7.7.4. ceteros ad aemulandas uirtutes acuit. 12-16 OV Pont 1.5.57. Gloria uos acuat; uos, ut recitata probentur carmina. 96-113 PLIN Epist 2.7.5. Acuent ad bonas artes iuuentutem. 398 AUG Serm 198.11. Fratrum ... conuentus acuunt caritatem.

post accendendo prouocando incitando transeundo prosequebatur - pasando por 'encender', 'provocar' o 'enardecer' [**DOM** *proelium uel miles*] 5 GRATT 338. in opus uigila factusque ades omnibus armis (arma acuere uirum). 60 COLUM 10.1.1. quae ... uiros acuunt armantque puellis, iam Megaris ueniant genitalia semina bulbi. 62-65 LUCAN 1.432. Bataui ... truces, quos aere recuruo stridentes acuere tubae. 65 HOMER 341. *Menelaum* frater socias acuens in bella cateruas adiuuat. 389 PANEG Theod 33.4. hos loricis onustos inclusosque ferro fractae uoces tubarum ingentiumque lituorum clangor acuebat.

b2 *ut irritando stimulando pungendo inflammando finiret - para terminar en 'irritar', 'azuzar', 'aguijonear' o 'inflamar'* [**SIM** incalescere, irritare, instigare **ANT** torpere] 54-52 CIC *Rep* 1.30. istae quidem artes ... ualent, ut paulum acuant et tamquam inritent ingenia puerorum, quo facilius possint maiora discere. 29-19 VERG Aen 7.330. Allecto Iuno his acuit uerbis ac talia fatur. 63-65 SEN Epist 10.2. 385 SYMM Rel 34.4. grauia ... subiectis saepe minitamini acuendi potius studio quam nocendi. SERV Aen 7.330. HIS ACUIT VERBIS. inritauit et instigauit eius insaniam. **GLOSS** 2.384.54. ὀξύνω 'irritar'. 2.399.12. παροξύνω.

c *ad actum, usitate aggressiuum, instrumenta uel arma parandi, uel se ipsum ad actionem aggressiuam parandum pertinuit, quasi 'se instruere* ut*' - se aplicó al acto, habitualmente agresivo, de preparar herramientas o armas, o de una acción agresiva, 'afilar' o 'prepararse* para*'* [**HYPER** minari **SIM** bellicum canere **DOM** *arma*] 86-82 RHET Her 4.51. Quodsi istum, iudices, ... liberaueritis, statim, sicut e cauea leo emissus ... uolitabit et uagabitur in foro, acuens dentes in unius cuiusque fortunas. 29-19 VERG Aen 8.386. aspice ... quae moenia clausis ferrum acuant portis in me excidiumque meorum. 12.108. maternis saeuus in armis Aeneas acuit Martem et se suscitat ira. 29-9 LIV 40.27.9. *imperator* iras militum acuebat ... fraudem hostium incusans. 2-8 OV Met 15.776. in me acui sceleratos cernitis enses. 49 SEN Bre 4.5. in eum mucrones acuebantur. 63-65 SEN Phaedr 346. uulnificos acuit dentes aper. 1059. hic se ... *monstrum* acuit atque iras parat. 80-90 STAT *Theb* 2.513. nec mora, quin acuens *Sphinx* exertos protinus ungues ... terribili applausu circum hospita surgeret ora. 100 QUINT Decl 321.18. *cupiditas* ... sicas percussorum acuit. 398 AUG Serm 312.4. tuba, quae forensium mendaciorum certamina solebat acuere. 430 MART CAP 1.65. magistratus in acta caelestiumque consultum stilos acuunt cerasque componunt. 1.65. Tubas non solum sonipedes atque bella sed agonas acuere ... compertum. SERV Aen 12.108. ACUIT MARTEM. inritat se ad futura certamina.

d GRAM *syllabam accentu acuto uel oxia distinguere - aplicar el acento agudo* [**HYPER** accentu distinguere] 95 QUINT Inst 1.5.62. Olympo et tyranno acutam syllabam mediam dederunt, quia duabus longis sequentibus primam breuem acui noster sermo non patitur. 430 MART CAP 269. Disyllabae *uoces* uero priorem acuunt. DIOM 432. in disyllabis partibus orationis prior syllaba semper acuitur aut inflectitur. PRISC Gramm 7. cum ... acuitur uel grauatur uel circumflectitur. ISID Orig 1.18.2. Acutus accentus dictus, quod acuat et erigat syllabam. **GLOSS** 2.384.54. ὀξύνω 'poner el acento agudo'. 2.399.12. παροξύνω 'marcar la penúltima sílaba con un acento agudo'.

e in + acc. *acerbius facere - transformar en algo doloroso o agravar* [**HYPER** exacerbare[a]] 384-440 MACR Sat 7.7.3. Humor naturalis in corpore, quando aetas transit pueritiam, fit durior et acuitur in pilos. 420 CAEL AUR Acut 2.123. purgatiua medicamina ... stomachum tumentem ... acuunt in tumorem. 200 VET LAT Sap 5.21. 362-372 ZENO 6. stimulis acuitur feritas in ferocitatem.